

Episcopo Hildenesheimense Brvnone. Episcopo Fardense Herimanno. Episcopo Brandenburgense Wichero. Aelecto Cicense Bertholdo. Abbate Corbiense Wichaldo. Marchione Cvnrado. Marchione Adelberto. Palatino Friderico. Provinciali comite Lvdewico.

(M.)

5

(B.)

252.

König Friedrich I. bestätigt den Nonnen zu Cassel die Güterschenkung des Grafen Heinrich von Gudensberg. — Zeuge: Landgraf Ludwig. Worms, 1154 Mai 3.

Hdschr.: Or. Perg. Staatsarchiv Marburg. Das sehr gut erhaltene S. fehlt bei Heffner. Phot. H. St. A.

10 *Gedr.: Stumpf, Acta imperii 674. Stumpf 3685.*

C. :In nomine sanctę et individue trinitatis. Fridericus divina favente clementia Romanorum rex augustus primus. | Si petitionibus fidelium aures serenitatis nostre accommodaverimus, non solum regium morem decenter implemus, verum etiam eos procul dubio fideliores ac devotiores servicio efficimus et ad eternam vitam obtinendam pro-
 15 futurum liquido credimus. Quapropter comperiat omnium fidelium tam presentium quam futurorum sollertia, qualiter comes | Henricus de Uvūdenesberch cognomine Rasbo cel-
 situdinem nostram deprecatus est, ut ob mercedis eterne augmentum ecclesię illi, quam mater eius et ipse ad honorem domini nostri et sanctę Marię semper virginis in Cassela construxerunt, loca a prefato Henrico eidem ecclesię contradita, quę scilicet a superiori
 20 parte eiusdem ecclesię iuxta fluvium Ána sita usque ad ingressum eiusdem fluminis in Vuldam descendunt, nec non alia loca edificiis ocupata et ad finem villę usque tendentia in usus sororum illarum, que ibidem deo et sanctę Marię incessanter famulantur, per
 nostre auctoritatis preceptum perpetualiter deservire concederemus. Cuius petitioni ob amorem domini nostri Iesu Christi et sanctę Marię nec non pro ipsius Henrici fidelis
 25 nostri dilectione libenti animo assensum prebentes ita fieri, ut rogavit, concessimus, hoc quoque statuentes, ut eidem loco et in eo commorantibus numquam aliquis dominetur advocatus, nisi his, qui eodem beneficio a nostra manu aut successorum nostrorum regum seu imperatorum fuerit inbeneficiatus. Si quis vero, quod absit, ego aut alia aliqua maior
 minorve persona presentem confirmationem, qua super bona prefata, que Henricus eidem
 30 ecclesię nunc contulit vel adhuc conferre proposuit, negare vel impedire vel in aliud, quam premissum est, inclinare voluerit, iram dei et nostram^{a)} incurrat et conatum suum nunquam perficere valeat, sed presens hęc confirmatio stabilis et inconvulsa omni evo per-
 maneat. Si vero quis, quod absit, permissione dei infregerit, c libras auri et ex his quinquaginta camerę nostre et L prefatę ecclesię persolvat. Et ut hęc auctoritatis nostre
 35 confirmatio firmior habeatur et per futura tempora a fidelibus verior esse credatur et diligentius observetur, manu propria nostra subter eam firmavimus et sigilli nostri in-
 pressionem assignari iussimus et testes, qui aderant, subter notari precepimus. Quorum

252. a) nostran.